1505 1591

Actum in Curia Regia Branscn[ensi] Feria sexta post Festum sancti Lucae Evangelistae proxima Anno Dni millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo

Szymbor Srednica Donatio

Coram officio et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Nicolai Srednicki sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Stanislao olim Sebastiani Szymbor et suis successoribus legitimis successor[ibus] bonor[um] fundi immobilis in haeredit[ate] Srednica Masowiecka sitor[um] in primo loco duos sulcos a granitie gasubowska ad agrum Bartoszka inter metas eiusdem Stanislai ex utraque parte iacentes item in alio loco duos sulcos incipien[tes] et extenden[tes] ut supra ac inter metas eiusdem iacen[tes] item in quatuor locis in quolibet loco per duos sulcos incipien[tes] et protenden[tes] ac inter metas ut supra iacentes Cum agris campis omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proven[tibus] attinen[tiis] et pertinen[tiis] conditionibusque commodis nullis exceptis perpetuo et in aeva dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit sicuti dat eximit intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem Regni generalem et testes duos quosvis officio accipiendam dat et admittit submittitque se idem recognoscens suis cum successoribus eundem donatorem suum et eius posteros occasione praemissor[um] ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare solvereque per se et per submissas personas non inquietare sub damnis terrenis simpliciter taxatis et coram officio praesenti castren[si] Branscen[si] in primo citation[is] termino peremptorie responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimen[tis] etiam de non iure veniendi sollicitis se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando

Brzozowski Debitum

Coram officio et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Nicolaus olim Stanislai Brzozowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Mathiae olim Laurentii Brzozowski et suis posteris tenetur estque debitor certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae summam [illegible] florenorum polonicalium quam quidem summam idem recognoscens submittit se ad debitum suis